



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

27 de Pensionario.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

bona, unde Deo extra seruilia opera, possit commode & honeste
 2 Insequere, c. *episcopis*, c. 4. de *preben. apud Gregorium*. Titulum, ¶ &
 viuendi veluti redditum, coram episcopo sibi constitunt ordinan-
 di ex suis propriis facultatibus: interdum alio nomine ordinando-
 rum res proprias obligationi ei subiciunt, ea lege vt quamdiu ordi-
 nati vixerint, possint alimētis inde necessaria capere, vel donec
 beneficium ecclesiasticum adeptus fuerit ordinatus. Interdum
 quoq; intitulus in ecclesia dicitur, is qui ab aliqua ecclesia ad-
 missus, & dignus habitus est, qui stipendiis eius nutriatur, vel an-
 3 nona seu prebenda vel capella fruatur. ¶ Et ¶ hic vere titulus,
 qui aliquando tantum capax maioris ordinis promotione vt pro-
 batus habebatur, non alii, ex concilio Urbani Pape, *can. sanctorum*
canonum, dist. Et ita in concilio Chalcedonensi cautum quoque,
 vt nemo ordinetur, nisi manifeste, in ecclesia suæ ciuitatis siue
 possessionis, aut in martyrio, aut in monasterio, qui ordinatur,
 mereatur publicæ ordinationis vocabulū & aliter ordinatus, vel
 absolute ordinatus, non habeat manuum impositionem, *ca. 1. 70.*
dist. 1. 1.
 4 ¶ Et ¶ vere quidem dici tunc possunt clerici secundum nomi-
 nis significationem, qui fortis domini & ecclesiasticorum bono-
 rum facti sunt participes, *can. clericos*, 21. *dist.*
 5 ¶ Sicq; ¶ ex titulis istis & clericis solummodo, s. b. diaconi, &
 ex illis diaconi: vt & ex diaconis, presbyteri deligendi sunt. Vt an-
 tiquitus etiam, *Nicaph. Cal. lib. 11. c. 30.* Non enim Christiani suos
 deligebant sacerdotes, nisi ex iam approbatis: vt etiam obseruauit
 Alexander Cæsar, quando de legendis rectoribus pronuiciarum
 actum est, *Lamprid. in Alex.*
 6 ¶ Turpis ¶ in clero uia est mendicitas, *Deuter. 15. ibi non sit om-
 nino mendicium inter vos*, etiam si semper dilecta fuit uoluntaria pau-
 pertas, & diuitiarum contentus. Quare episcopus in hoc clero
 prospicere debet, ne ordinatus mendicitatem cogatur amplecti,
 7 *can. Diaconi sent. 93. dist.* ¶ Neque ¶ etiam Romulus in sacerdotium
 suarum ciuitatum deligi uoluit, quam qui haberent censum
 8 sufficientem, *Dion. Halyc. in 2. hist.* ¶ Reiecti ¶ & ab ordinatione
 clericali, qui obzati erant, per Bonifacium I. sum. Pont. *Sabelli-
 cus & Sigib.* quod tamen ad seruos refert Bonifacius Simoneta,
 uidelicet, ne illi dominis obnoxii ordinarentur, *Bonifacius Simo-
 neta, lib. 4. epist. c. 9.* Et ita quoque cautum in concilio Toletano
 dominis repugnantis, *c. 1. & 2. de seruis ord. lib. 1. Decret. tit. 8.*
Auth. si seruis, de episc. & cler. C. At permisit Leo Imperator obza-
 ratos quoque præter causam principalem, in numerum cleri-
 corum recipi, *l. quisquis. 27. & l. officiales, q. de episc. & cler. C.* Adhi-
 bita tamen distinctione concilii Carthaginensis, de qua in *ca. 1. de
 oblig. ad ratiocin. ord. vel non, & ibi q. apud Greg.*
 9 ¶ Efficit ¶ autem intitulo ne bona titulo supposita credito-
 ribus exposita sint, si a non obligato pro obligato in titulum den-
 tur. Pro titulo etiam sunt beneficia, vt in *can. episcopi, 80. dist.*

De Pensionario. Cap. 27.

1 Pensionarius ecclesiasticus quis.
 Pensio ecclesiastica quomodo constituitur in ecclesia, eod.
 2 Pensio ex beneficio in titulum dari non potest.
 Pensionis constitutio afficit personam, non rem, eod.
 Pensio beneficii nomine non venit, eod.
 1 ¶ Inter ¶ personas ecclesiasticas inuenies quoque pensionarium,
 qui annonas, seu pensionem aut portionem capit ab aliqua
 mensa, vt dicunt, capitulari, vel ab aliquo beneficio, seu ecclesia:
 interdum mercedis nomine. *l. quæ situm, 14. de pignor. lib. 20. P. tit.*
 ¶ aut in remunerationem præstiti commodi, *c. quicumque, 12. q. 2.*
can. possessiones, 16. q. 1. Oldra. cons. 226. incipiente, quidam episcopus.
¶ q. 1. de pensio quest. 1. & 54. & 67. vel alia de causa iusta.
 Quæ eatenus iusta uideatur, si modo clericis, a quibus capitur pen-
 sio, relinquatur quantum exigitur pro obsequio & munere cul-
 tus diuini eis imposito, & adhibeatur superie ris in constitutione
 pensionis auctoritas, *c. auaritia, 10. de preben. lib. 3. Decret. tit. 5.* A-
 lioquin enim illicita & prohibita est, exemplo nonorum cen-
 sum & onerum, quæ imponi nequeunt, *can. prob. benuis, de cen-
 sib. lib. 3. Decret. tit. 39. Clemen. 1. §. eadem, de supplen. negl.* ¶ Neque
 2 ¶ etiam licet iure pensionem in titulum beneficii dare, vt fit a-
 liquando, *Card. n. in Clemen. 1. de supplen. negl. prelat. Abbas Panor.*
in c. conquereute, de cler. non res. in c. ad auentiam, in 2. de rescrip.
ne sectionem beneficiorum prohibitam admittamus, cap. maio-
ribus, c. vacante, c. cum causa, de preben. apud Gregorium, c. ut no-
strum, ut ecclesiast. benef. sine ds. confer. c. fin. 1. q. 1. Et proinde rece-

ptum est, pensiones super beneficio constitutas, per possidentes
 beneficia, non ad hærentes beneficio, nec eos qui in eo succedunt
 obligare, sed constituentes personam, & non rem, *c. nisi essent. vi-*
ri preuidi, de preben. in 6. Atque in mandatis summorum pontifi-
 cum, vel aliis rescriptis de prouidendo, vel ad beneficia, non con-
 tinentur, appellatione beneficii, pensiones, *ca. quamuis, de pra-*
ben. in 6.

Denomenclatura piorum hominum, qui piis
locis regendis præficiuntur.

Cap. 28.

1 Pauperum cura hominibus omnibus quare impressa fuit.
 2 Cinclus auicula marina nido aliarum auium ob macritiam ex-
 cipitur.
 3 Orphanotrophus & orphanotrophon quid, & cura orphanorum
 qua.
 4 Brephotrophos, & brephotrophum quid, & cura infantium.
 5 Infantes qui dicit.
 6 Infantes expositi, eod.
 7 Exponens infantes, parricida, & ut homicida puniendus.
 8 Prochotrophos, & prochotrophion.
 9 Pauperum cura, potissimum puellarum, demandanda est pro
 homini, ne lepanaria fiant, ex prochotrophis.
 10 Pauperum cura a ethnicis.
 11 Pauperes Desunt, eod.
 12 Pauperum cura a ethnicis.
 13 Mendicantes ualidi ab elemosynis remouendi, & castigandi.
 14 Mendicantium cura a iure ad episcopos pertinet.
 15 Nosocomion & Nosocomos quid, & quot Nosocomiorum species.
 16 Leprosaria.
 17 Leprosaria in titulum beneficii non conferuntur.
 18 Leprosi de quibus decimas non debent.
 19 Leprosi ab aliis hominibus separandi.
 20 Leprosi in proprio natiuitatis loco alendi, & eo regendi.
 21 Leprosarium cura a iudicibus demandata quare.
 22 Leprosi conuenerunt, cum Iudeis in Christianos.
 23 Expositorum hospitalia.
 24 Esculapit templum expositorum.
 25 Expositi liberi sint, lex, eod.
 26 Hospitalia pestis, insanorum, morborum insanabilium.
 27 Senum nosocomium, eod.
 28 Senes apud Sardos & Scos necati.
 29 Gerocomion & Gerusia Sardorum.
 30 Gerusia Spartansum quid.
 31 Elemosynarius, & elemosynaria.
 32 Beneficia omnia elemosynarie speciem præferunt.
 33 Xenodochium & hospitale proprie.
 34 Hospitale peregrinorum, eod.
 35 Hospitale Abrachi, eod.
 36 Hospitale publicum quis inuenit.
 37 Hospitalia publica, & priuata.
 38 Hospitium antiquorum & tessera, eod.
 39 Tessera hospitii Christianorum.
 40 Pauperes Christianorum & Dei tessera, eod.
 41 Pauperum conuinitia dicitur, eod.
 42 Inhospitalitatis poena ex lege Leucanorum.
 43 Hospitalia in titulum beneficii concessa quando.
 44 Pius locus auctoritate episcopi tantum fit.
 45 Hospitalium cura ad episcopum iure, non ad magistratus perti-
 net, & quando, & pro quibus ad magistratus.
 46 Hospitalium causa & pauperum primo iudicio in senatu agi-
 tantur.
 47 Hospitalis non beneficii cura, & administratio a quibus conce-
 ditur.

¶ Verunt ¶ aptis hominibus, cum ethnicis, tum Christianis, lo-
 ca quedam exstructa, redditus & census constituti, ad paupe-
 rum releuandum miseriam, ueluti omnibus hominibus sibi
 existentibus consanguineis, ab vna stirpe natis, *1. 3. de inst. & iure,
 Genef.*